

R O S A R I V M  
*ANIMAE IVBILATIO, SEV  
 Ortus, seu Sublimatio.*

Hie schwingt sich die Seele hernider/  
 Und erquickt den gereinigten Leichnam wider.



Modò sequitur quartum verbum, & est, quòd aqua quæ cum terra fuerit inspißata & coagulata, ascendat sublimatione. Sic habes terram, aquam & aërem. Et hoc est quod dicit Philosophus: Ipsum dealbate, & citò igne sublimate, quo usque ex eo exeat spiritus quem in eo inuenies, qui dicitur Avis, aut cinis Hermetis. Vnde & Morienes ait: Cinerem ne vilipendas: nam ipse est diadema cordis tui, & permanentium cinis. Et in libro Turbæ dicitur: Ignis regimen augmentate: quia post albedinem peruenitur ad cinerationem, quæ dicitur terra calcinata. Vnde dicit Morienus: In fundo remanet terra calcinata, quæ est naturæ igneæ: & sic habes in prædictis